
Instabam aptans. me quod extra tecta ferebam
Ecce autem complexa pedes in limine coniux
Herebat parvumque patri tendebat iulum.
Si periturus abis, et nos rape in omnia tecum.
Sin aliquam expertus sumptis spem ponis in armis
Hanc primum tutare domum. cui parvus yulus.
Cui pater et coniux quondam tua dicta relinquor.
Talia vociferans gemitu tectum omne replebat.
Cum subitum dictuque oritur mirabile monstrum.
Namque manus inter mestorumque ora parentum
Ecce levis summo de vertice visus yuli
Fundere lumen apex. tactuque innoxia mollis
Lambere flamma comas. et circum tempora pasci.
Nos pavidi trepidare metu. crinemque flagrantem
Excutere et sanctos restinguere fontibus ignes.
At pater anchises oculos ad sidera letus
Extulit et celo palmas cum voce tetendit.
Iupiter omnipotens precibus si flecteris ullis
Aspice nos. hoc tantum et si pietate meremur
Da deinde auxilium pater. atque hec omina firma.
Vix ea fatus erat senior subitoque fragore
Intonuit levum et de celo lapsa per umbras
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit.
Illam summa super labentem culmina tecti
Cernimus ydea claram se condere silva
Signantemque vias tum longo limite sulcus
Dat lucem et late circum loca sulfure fumant
Hic vero victus genitor se tollit ad auras
Affaturque deos et sanctum sidus adorat
Iam iam nulla mora est, sequor. et qua ducitis adsum
Dii patrii servate domum servate nepotem.

Phillipps MS 12281



Cornea · qua veris facilis datur exitus umbris.
albo
Altera candenti perfecta nitens elephanto.
Sed falsa ad celum mittunt insompnia manes.
His ubi tum natum anchises una que sibillam.
Prosequitur · dictis · porta que emittit eburna.
tener
Ille viam secat ad naves sotios que revisit.
Tum se ad caiete recto fert litore portum.
Ancora de prora iacitur · stant litore puppes.


Septimus eneam reducit fatalibus arvis.
Hic que caietam sepelit tum deinde profectus.
Laurentum que venit verbis cognovit iuli.
Fatalem terram mensis cum vescimur inquid.
Centum oratores pacem veniam que petentes.
Ad regem mittunt leti tum forte latinum.
Quod cum pace et iam nate connubia pactus.
Hoc forte allecto iunonis dissipat ira.
Concurrunt dictis quamvis pia fata repugnent.
Belli causa fuit violatus vulnere cervus.
Tum gentes sotie arma · parent fremit arma iuventus.


Tu quoque litoribus nostris eneia nutrix
Eternam moriens famam caieta dedisti.
·i· sedes servat tuus honorem per ex palam
Et nunc servat honos sedem tuus · ossaque nomen
Hesperia in magna siqua est ea gloria signat.
At pius exequiis eneas rite solutis.
Aggere composito tumuli · postquam alta quierunt.
Equora · tendit iter velis · portum que relinquit
p
Aspirant [illegible] aure in noctem nec candida cursus
Luna negat · splendet tremulo sub lumine pontus.
navigantur
Proxima circee raduntur litora terre.
Dives inaccessos ubi solis filia lucos.

Cornea . qua ueris facilis datur exitus umbris .
Altera candenti p[er]fecta nitens elephanto .
Sed falsa ad celum mictunt insompnia manes .
His ubi tum natum anchises una q[ue] sibillam .
Prosequitur . dictis . porta q[ue] emictit eburna .
Ille uiam secat ad naues socios q[ue] reuisit .
Tum se ad caiete recto fert litore portum .
Ancora de prora iacitur . stant litore puppes .

Septimus eneam reddit fatalibus aruis .
Hic q[ue] caietam sepellit tum deinde p[ro]fectus .
Laurentum q[ue] uenit uerbis cognouit iuli .
Fatalem terram mensis cum uescimur iqd .
Centum horatores pacem ueniam q[ue] petentes .
Ad regem mictunt leti tum forte latinum .
Quod cum pace et iam nate connubia pactus .
Hoc forte alletto iunonis dissipat ira .
Concurrunt dictis quamuis pia fata repugnent .
Belli causa fuit uiolatus uulnere ceruus .
Tum gentes sotie arma . parent fremit arma iuuentus .

Tu quoq[ue] litoribus nostris eneia nutrix
Eternam moriens famam caieta dedisti .
Et nunc seruat honos sedem tuus . ossaq[ue] nomen .
Hesperia in magna siqua est ea gloria signat .
At pius exequijs eneas rite solutis .
Aggere composito tumuli ; postq[uam] alta quierunt .
Equora ; tendit iter uelis . portum q[ue] relinquit
Aspirant aure in noctem nec candida cursus
Luna negat . splendet tremulo sub lumine pontus .
Proxima circee raduntur litora terre .
Diues in accessos ubi solis filia lucos .








Qua ue sequar. rursus perplexum iter omne reuoluens
Fallacis silue. simul et uestigia retro
Obseruata legit. dumisque silentibus errat.
// Audit equos. audit strepitus et signa sequentum
Nec longum in medio tempus. cum clamor ad aures
Peruenit. ac uidet Euryalum. quem iam manus omnis
Fraude loci. et noctis subito turbante tumultu.
Oppressum rapit. et conantem plurima frustra.
// Quid faciat. qua ui Iuuenem. quibus audeat armis
Eripere. an sese medios moriturus in hostem
Inferat. et pulcram properet per uulnera mortem.
// Ocius adducto torquens hastile lacerto.
Suspitiens altam lunam sic uoce precatur.
// Tu dea tu presens nostro succurre labori
Astrorum decus et nemorum latonia custos
Si qua tuis umquam pro me pater hirtacus aris
Dona tulit. si qua ipse meis uenatibus auxi
Suspendi ue tolo. aut sacra ad fastigia fixi
Hunc sine me turbare globum. et rege tela per auras.
/ Dixerat. et toto conixus corpore ferrum
Conicit. hasta uolans noctis diuerberat umbras.
Et uenit aduersi in tergum salmonis. ibique
Frangitur. ac fixo traicit pectora ligno.
// Voluitur ille uomens calidum de corpore flumen
Frigidus et longis singultibus ylia pulsat
Diuersi circumspiciunt. hoc acrior idem
Ecce aliud summa telum librabat ab aure.
Dum trepidant. it hasta tago per tempus utrumque
Stridens. traiectoque hesit tepefacta cerebro.
// Seuit atrox Volscens. nec teli conspicit usquam
Auctorem. nec quo se ardens immittere possit.
// Tu tamen interea calido mihi sanguine penas
Persolues amborum inquit. simul ense recluso.
Ibat in Euryalum. Tunc uero exterritus amens
Conclamat nisus. nec se celare tenebris